

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Auctoritas et infallibilitas summorum pontificium - Cod. Ettenheim-Münster 97

Cartier, Gallus

[S.l.], 1732

Caput Sextum

[urn:nbn:de:bsz:31-110772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110772)

Caput Sextum

Expenduntur momenta,
quo Romanorum Pontificum
infalibilitati ex variis eo-
rumdem erroribus oppo-
nuntur

1. Percelebre olim apud Gallicanos Theo-
logos infalibilitati Pontificia infertor fuit
argumentum, quod cap. 2. Ep. ad Galathas
continetur; ubi testatur S. Paulus, à se
fuisse reprehensum S. Petrum, eoquod non
rectè ambularet ad veritatem Evangelii.

Ergo, inferebant memorati Theologi, se ipsa
erravit Petrus; quis ergo ipsius Successores
errori subducere aufit?

Sed modo hæc obiectio apud omnes in
contemptu est. omnino enim, quod S. Hiero-
nymus post multos Veteres acriter conten-
dat, factum Petri, et Pauli reprehensio-
nem, fuisse meram simulationem; ex
eo Turnelio infirma videtur, * Quia non
"predicationis; inquit; sed conversationis
"duntaxat vitium fuit in S. Petro, ait Ter-
"tullianus lib. De prescript. c. 23. idem affir-
"mat S. Hieronymus in epistola ad S. Augu-
"stinum, inter Augustinianas n. 75. To-
"tius sermonis tui, inquit, quem disputa-
"tione longissima protraxisti, hic sensus est,
"ut Petrus non erravit in eo, quod his, qui
"ex Judæis crediderant, putaverit legem
"esse

* to. 2. q. 5.
a. 3. p. 138.

"esse servandam; Sed in eo à recti linea de-
 "viavit, quod gentes coegerit judaisare. co-
 "egerit autem non docentis imperio, sed con-
 "versationis exemplo. Idem habet

* apud Thom. S. Augustinus Epistola 82. alias 117.
 loc. ut.

Non ergo in doctrina huius peccavit S.
 Petrus Sed in ratione agendi minus cautà et
 et minus prudenti, personarum nempe, cum
 quibus agebat, infirmitati non satis auom-
 modatà. Adeoque objectio omnino extra
 suppositum vagatur; quae quidem fortè
 aliqui evinceret, si eam perhiberetur S. Pe-
 trus publicè errorem praedicasse ac in Eule-
 siam invasisse, quod unice Sueporum
 ipsius infalibilitati adversari ultro fate-
 mur.

* ab an. 170.
 ad an. 185.
 ** ab an. 147.
 ad an. 177.

2. Olim etiam proferebantur ab Eleuthero,
 rio*, vel Zephyrino** petita, quem Ter-
 tullianus, libro contra Praxeam, testatur
 approbasse prophetias Montani, Prisca et
 Maximilla, eorumque auctoribus commu-
 nionis litteras dedisse.

* loc. ut.

Sed huic objectioni Turnelius respon-
 det* 1.° Superfluum esse huius Tertulliani Mon-
 tanista fidem. 2.° fortè Montanus
 ficta pietate ac simulata fide Catholica
 Eleutherio vel Zephyrino imposuit, ut cre-
 deret illum esse orthodoxum. at non proba-
 bitur, hos summos Pontifices idius prophe-
 tias publicè editò toti Eulesia credendas
 proposuisse. unde argumentum istud
 nihil ad rem confert.

* ab an. 188.
 ad an. 197.

3. Adducunt 3.° Victorem*, qui Asiaticos
 communionem Eulesiasticam immeritò priva-
 vit, ob meram discipline controversiam.
 Sed

Sed quia ibi agebatur de re discipli-
nam merito concernente, non dicent utique
Diversarii, Victorum, si peccavit, crasse
contra fidem. "De errore porro s. inquit
Turnelius*" contra fidem hic est quartio; * to. 2. q. 5.
"inutile igitur, et extra nostram causam est, a. 3. p. 185.
"ne quid amplius dicam, Victoris exemplum.
Si ita est, ut re vera esse, nos ipsi contem-
nimus, qua ergo ratione ipse Turnelius
ineptum exemplum istud antea adduxit, * ibid.
ut probaret Graecanam Eulefiam jam anti- p. 178.
quitas non agnovisse in Pontifice Romano
Iudicii indeficientis privilegium?

4. Quartum exemplum adducit Launo,
jus ex Stephano Papa I. quem dicit in * ab an. 253.
errorem oppositum errori S. Cypriani lapsum ad an. 257.
esse, Solenni ido Decreto, quo edixit, nihil
esse innovandum p. *

Sed eum auctor Tractatus De libert. * Launojus
Eulef. Gabicana ea soliditate confutavit, ut * apud Turn.
Superfluum arbitremur, huius de re plura loc. cit. p. 188.
huius addere. Sane ipse Turnelius id * l. 7. c. 18.
gratis à Launojo confitum aperit, et vix
numm aut alterum ex Catholicis reperiri,
qui Launojum huius approbet, adeo absur-
da est haec opinio, ex qua nempe sequetur,
retur, universam Eulefiam in errore tunc
temporis versatam fuisse, cum in duas
partes divisi tunc essent fideles, et alii
ex parte Cypriani, alii vero ex parte Ste-
phani Parent, utroque autem, tum Cypri-
anus, tum Stephanus, errorem docebat R.
Launojo credimus.

5. Quintum exemplum est Liborii * ab an. 352.
qui * ad an. 366.

Autoritas et Infalibilitas
 qui subscripsit damnationi S. Athanasii,
 et formula Sirmicensi Arianæ.

In hoc exemplo summam vim collo-
 cant adversarii, ut Maimburgus*, quam
 vis alibi, ubi videlicet adhuc summis Bon-
 tificibus favebat, idem eorundem infali-
 bilitati minime officere dixerit*.

Idustriusque Meldensis in eò expo-
 nendi Eria omnino capita impendit*;
 et quò detestabiliorem Liberium nobis ex-
 hibeat, apocrypha Eusebii cujusdam Marty-
 ris Schismatici acta integra refert atris
 coloribus Papam istum adumbrantia, qui-
 bus prolixum commentarium, quò res veri-
 similiores fieret, addidit ipsius ~~2222~~ Editor.

Ad eò firmius providè videtur Jhu-
 strissimo nostro istud Liberii exemplum, ut
 toto quasi Opere hoc illud inculcet, et ad
 illud, quoties Pontificum auctoritate pro-
 mittit, velut ad munitissimum propugna-
 culum se recipiat, unde tutò hostes conficere
 possit.

O. Verum ut ostendamus, istud tanto
 apparatu tantaque magnificentum verbo-
 rum copia à Meldensi propositum ~~liber~~ Li-
 berii Papa exemplum nullatenus ad rem
 presentem facere, ea pauca solummò
 adducere placet, quæ summius hinc eloqui-
 tur. Sic ergo ipse habet: "1.º Omnia coactus
 ac per vim Juro detentus exilio id egit Libe-
 rius, ut omnes Sciunt. Prima vero con-
 ditio requisita in Pontifice, ut ex Cathedra
 definit, est, ut liberè definit. 2.º Val-
 de incertum est, et adhuc disputant Criti-
 ci

* loc. cit.
 pag. 186.

* In hist. arian.
 vismi. apud
 ut. aut. c. 10.
 * part. 2. lib. 17.
 c. 33. 34. et 35.

"i, uiram formula Sirmiacensi subscripserit
Liberius. * Profecto Auctor anti, * cit. c. 10.
mauerfiorum in Maimburgum Solida
probare uidetur, cum prima subscripserit,
quam S. Hilarius Catholicam vocat. infir,
num porro argumentum, quod non nisi ex
inertis et dubis monumentis eruitur.

"Sed uolo /: pergit Turnelius: /" cum sub,
scripserit formula Ariana, an illam tanquam
"vera fidei consentaneam toti Eclesia propo,
"sint credendam? An ea, qua per fuisse,
"libertate, cura, diligentia, uocatis Episcopis,
"pis et consultis, formulam expendit? mi,
"nimè profecto. Si quis ergo in eo error
"fuit, priuatus fuit et personalis: quem
"utique corripit, quando Ariminense Con,
"cilium damnauit: / non Pontificia aucto,
"ritate et Ex Cathedra definitus.

Eue quam uanus in exagorando
Liberii lapsu Illustrissimi nostri et Edi,
toris idius labor fuit.

7. Sextum exemplum iterum profect
Melicensis*, ac in eo uersatur, quod Zosi, * ut. lib.
mus Papa* Pelagianam (Alexia fidei pro, * ab an. 417.
fessionem approbarit, illiusque libellum
Catholicum dixerit. id probare conatur
ex S. Augustino*. * lib. 2. ad

Sed sibi respondentem audiat Tur, Bonifac.
nelium. "Verum /: inquit ille: /" necesse * loc. ut.
"est eos, qui tale proferunt exemplum, Au,
"gustinum non legisse. in eo ipso loco qui
"opponitur. conceptis enim uerbis ait.
"Quanam tandem Epistola ueneranda me,
"moris Papae Zosimi, que interloquitio
"reperitur,

»reperitur, ubi praecipit credi oportere.
 »Sine ulla vitio peccati originalis hominem
 »nasci siquò Celestii fidei professionem
 »contentam dicit Meldensis: / » nunquam
 »profus hoc dixit, nunquam omnino con-
 »scripsit. Sed cum hoc Celestius in suo libello
 »posuisset inter illa duntaxat, de quibus
 »se adhuc dubitare et instrui velle confessus
 »est, in homine acerrimi ingenii, qui pro-
 »fecto si corrigetur, plurimis profuisset, vo-
 »luntas emendationis, non falsitas Doctrinae
 »approbata est. Et propterea libellus ejus
 »Catholicus dicitur est, quia et hoc Catholicis
 »mentis est, si qua forte aliter sapit, quam
 »veritas exigit, non ea certissime Definire
 »sed Detecta et Demonstrata refutare.

Ex his S. Augustini verbis patet, Illu-
 strissimum Dominum Bossuet, vel non
 legisse in eò loco hunc S. Doctorem, vel
 mala fidei fuisse. Nos pro nostra erga
 Episcopum aliàs de dulcissima optime meri-
 tam observantia primum credere ma-
 lumus.

8. Septimum exemplum in Hormisdæ
 Pontifice* querit idem Dominus Bossuet;
 * ab an. 514.
 * ad an. 523.
 * loc. cit. c. 16.
 37. 18. et 37.
 quod Scytharum Monachorum propositio-
 nem, Unus de Trinitate crucifixus est,
 refuerit, quam tamen Joannes II. pro-
 bavit.

Sed exemplum istud hic locum non
 mereri, ipsemet Meldensis innuere videtur
 * cit. loc.
 c. 18. p. 277.
 6.
 quando ait, Hormisdam, quamvis Scythas
 Monachos Epistolâ ad Papeporem inuicem,
 ter admodum habuerit, nullam tamen
 anathematis ac Depositionis fuisse men-
 tionem.

Hic

9. * Huius Sanctus Pontifex egregie ferens, quod * Bayi lo. i.
dicti Monachi clam se Roma subducesent, in Hormisda.
quo, sententiam expectaturi, se contulerunt,
eos in memorata Epistola graviter
perstringit, pertinaces, contentionum
studii asuetos, contemptores auctoritatum
veterum nuncians. At de ipsa pro-
positione nihil omnino commemorat,
vel definit; quamvis reticendam forte
Deo censet, quod longe prius a Felice
III. Papa* in Petro Gnapheo seu Fuldo, * an. 483.
ne viro Eutychemo, etsi in alio sensu
damnata fuisset. tuebatur enim hic * apud Meli.
Hartius, unum de Trinitate passionem et. lib. i. c. 16.
pro nobis passum in Substantia Deita- p. 275. a.
tis. De proinde timebat Hormisda,
ne novis turbis occasionem praeberet pro-
posita a Monachis Dythis Thesis, eaque
error Eutychemus semio suscitari videretur.

10. Sed postmodum eandem propositio-
nem probavit Joannes II. eo quod nihil
contra fidem contineret; quia fatemur,
Deum pro nobis passum et crucifixum
fuisse, non quidem in Substantia Deita-
tis, quod volebant Eutychemista, sed in
Substantia carnis, nostraeque mortalita-
tis, qua erat ditorum Monachorum
sententia.

Ut ergo propositum ab Illustrissi-
mo nostro exemplum aliquo probaret, ne-
cessum foret eo demones trare, quod Hor-
misda publico et ad universam Eulefiam
directo Decreto hanc Dytharum propo-
sitionem

litionem in sensu Catholico acceptam, ve-
lut haeticam damnasset. quod cum
nusquam ostendere valeat, manifestum
est, huc eum demum frustra laborare.

II. Octavo nobis adducit Vigilium Ca-

aban. 537. pam
ad an. 554/ qui suo Constituto de re, non
esse damnanda tria Capitula, quod ta-
men solvere Synodus V. Oecumenica,

* meliens. tria haec ipsa Capitula damnando*
p. 2. l. 12.
c. 19. et 20.

Sed in memorato Constituto Vigi-
lius errores Theodori Mopsuertenis, Theo-
doreti et Iba damnavit; at ipsos
Authores, contra quam tamen egerit ipsa
Synodus, in eorum Scriptorum damna-
tione proprio nomine designandos non
censebat, eo quod in sine gravi Conci-
lii Calcedonensis injuria fieri non
posse arbitraretur, ut potè à quo abso-
luti, et in communionem recepti fuissent.
Si ergo hic Vigilii aliquis error fuit
is erat facti, et quidem personalis, quo
Romani Pontificis, imò nec Concilii Oecume-
nici ipsiusque universae Ecclesiae infallibili-
tas non se extendit.

* loc. cit.
pag. 187. "Ceterum, in suo Constituto pinguit Tur-
nelius: "rem ex cathedra, ut dicitur non de-
"finivit Vigilius: quid ita? Quia eam tota
"Ecclesia tanquam dogma fidei non proprio-
"sunt, satis esse ratus si silentium imponeret.
"Audiatur Illustrissimus de Marca in Disser-
"tatione de Decreto Vigilii. Animadverti,
"inquit, cum non adhibere anathema in eos
"qui contrariam opinionem tuerentur. Quod ab

ab eo summa prudentia factum est, ut ostendat eam esse controversa conditionem, qua in utramque partem inflecti posset, si Patri Eclesie hac ratione confuleretur. Quia rationem igitur suam sententiam rogant Justiniano aperuit Vigilius, definitionem fidei ex cathedra non emisit.

Vides ad istos Gallianis Theologis non probari Idultrispinum Melanensem Vigilii exemplum adducentem.

17. Notum exemplum, illudque praeteris maxime famosum est Honorii ^{*aban. 625. ad an. 638. * loc. cit. pag. 186.} inquit Turnelius. Idem velut inuictum argumentum ubique circumfert Melanensis, ac denique octo capitibus definit. Quo ^{*part. 2. l. 12. a cap. 22. usque ad 30. in def.} sum hoc summa est, ut dicat Honorium a tribus Patriarchis consultum, descriptu Sergio Constantinopolitano Episcopo directu edidisse, quod Monothelismum aperte contineret.

"Verum inquit Turnelius: ^{* loc. cit.} sepositis modo Catholicorum bene multorum solutionibus, quorum alii non ut Haeticum, sed ut Haeticorum factorem, propter iniuriam et negligentiam in repellenda heresi, damnatum Honorium dicunt; alii cum se ipsa non negasse duas esse in Christo voluntates, sed tantum eas esse contrarias; alii male redditam fuisse Graecam Latinam ejus Epistolam.

Certe anno 1723. in ipsis Cleri Gallicani Comitiis, publicis Theisibus Honorius ab Haesi ^{* Petiti. c. 8. p. 124. vers. lat.} vindicatus fuit.

"His, inquam, sepositis si pergit Turnelius

lius: "Demus, re ipsa evasisse Honorium, ac
 "merito damnatum: an error fuit ex Catho-
 "dra promuntiatus? non puto. At, inquis,
 "consultus respondit de re tum inter Episco-
 "pos controversa, per Epistolam publicam.
 "Esto: idne satis est? Consultuit, ne Honorius,
 "antequam ita responderet, suam Romanam
 "Eclesiam? an Diligenti examine et Delib-
 "ratione rem expendit? an Denique unquam
 "toti Eclesiae credendum proposuit sub
 "poena anathematis, unicam esse in Christo
 "voluntatem? nusquam. Imò aposte-
 "rius significat Honorius in hac ipsa ad Scrym-
 "giam Epistolâ, controversiam hanc nondum sa-
 "tis examinatum ac liquido definitam
 "omitti debere. Non oportet, inquit, hanc
 "ad dogmata Eclesiastica retorquere, quae
 "neque Synodales apices Super hoc exami-
 "nantes, neque auctoritates Canonicae visa
 "sunt explanasse, ut unam vel duas ene-
 "rgias aliquis praesumat Christi Dei predicare,
 "quas neque Evangelicae, vel Apostolicae litterae,
 "neque Synodales examinatio Super his habita-
 "visa sunt terminasse. Et paulo
 "post. Utrum autem propter opera Divi-
 "nitatis, et humanitatis, una an gemina ope-
 "rationes debeant derivatae Divi vel intelligi,
 "ad nos ista pertinere, non debent, relinquen-
 "tes ea Grammaticis. Qui sic loquitur,
 "ex Cathedra procul dubio non promuntiat.
 "Et verò in hac ipsa Synodo generali VI.
 "lecta sunt duo Agathonis Epistolae, om-
 "nium Patrum suffragio probata, in qui-
 "bus Agatho aperit, Apostolicam Eclesiam
 "viam

"a tramite Traditionis Apostolicæ nunquam
 "aberrasse, nec hereticis novitatibus deprava-
 "vatam succubuisse. Et post relata Christi
 "verba, Et tu aliquando conversus confirma-
 "fatos tuos, ait, omnes Petri Successores
 "Apostolicos Pontifices fratres suos in fide
 "confirmasse, idque omnibus perfectum
 "esse. Porro quomodo hæc coherent cum
 "damnatione Honorii tanquam Heretici,
 "in eadem VI. Synodo? Neque est alteru-
 "trum esse falsum, aut testimonium
 "Agathonis in gratiam omnium Pontifi-
 "cum, aut iudicium Synodi contra Hono-
 "rium: tam apertam pugnam nunquam
 "conciliabis, nisi dixeris Agathonem
 "loqui de Pontificibus ex Cathedra pro-
 "nuntiantibus, quorum nullus ad hæc
 "usque sua tempora. Sic erraverat; Syn-
 "nodum vero damnare Honorium, quod
 "namque tanquam privatus, et inconfulta
 "sua auctoritate errorem docuisset. Erro-
 "rit igitur Honorius, ut privatus Doctor;
 "non ut Pontifex ex Cathedra Definens.
 Hæc Turmelius.

Post hæc eos, quos voluerit, de Hono-
 rio triumphos agat Melvensis; * nec non * part. 2. l. 17. cap. 37. pag. 311. b.
 futilia, absurda, levia ea quæ hic Tur-
 melius eloquitur, recitet; atque nonnisi
 ab infano fieri posse, pro privato Doctore
 respondisse Honorium, dicat, quantum
 placuerit, non tamen cum latere volumus,
 exemplum ab istius Pontificis lapsu peti-
 tum nihil omnino res suas juvare.

Decimum

* an. 705. 13. Scimus exhibet in Joanne VII.* qui
 tomos, quibus Synodi Trulane Canones
 continebantur, sibi à Justiniano Augusto
 transmissos, emendare voluerit, quod tamen
 ab ipso petierat Imperator. Ergo eos pro,
 * cit. lib. 14. c. 37. p. 311. a. iniqua haberent. cum tamen nulla

Sed sive metu, sive alia ratione
 intactos hos Canones ad Augustum venies,
 sit Joannes, quid hoc ad presentem qua-
 stionem? An Pontifex iste quidpiam
 circa hos Trulanos Canones vel privatim,
 ne dicam, ex Cathedra Definivit? non
 profecto. Ergo Melidensis exemplum nihil
 hic ad rem facit. miramur aedes proclaram
 virum tam imbelles argumentum nobis oppo-
 nere voluisse.

14. Undecimo, Stephanum II. Gregorium
 II. Stephanum VII. Sergium III. Gregorium
 VII. Bonifacium VIII. Pascalem II. Alex-
 xandrum III. Celestinum III. Innocentium
 III. Nicolaum III. seu IV. ac denique Joan-
 nem XXII. tanquam errore obvolutos produ-

* lib. 13. c. 31. cit.*
 et 32. lib. 14.
 à cap. 38. usq.
 que ad cap. 1.
 lib. 15.

Sed quid ea omnia, quae de illis lo-
 quitur, faciunt ad presentem quæstio-
 nem? Gregorii II. et Stephani II. respon-
 sa non fuerunt Decreta ex Cathedra pro-
 nuntiata, et toti Ruleris velut de fide

* ab an. 715.
 ad an. 731.

proposita. Gregorius* Simpliiter et
 privatim Bonifacio Moguntino Episcopo
 rescripsit, pope virum, uijes mulier in
 firmitate coepta non popet eidem cohabitare,
 alii nubere. Et Stephanus* cen-

* ab an. 752.
 ad an. 759.

sure videtur, cum, qui in aliena patrio
 anulum

ancillam aspiciisset in consortium, posse
sub certis circumstantiis aliam ducere.
privatorum privati hi fuerunt errores,
non rebus mature expensis, aut consultata
Scriptura et traditione, expetitoque virorū
cum Doctorum et Episcoporum consilio
ex Cathedra pronuntiati. proinde
Dominum Meldensem nihil juvant.

15. Quod Stephanum VII. et Sergium

III. perit, qui formosi Papae ordina-

tiones factas velut nullas et omnino irri-

tas repetierunt; haec respondet Turne-

lius. "Morini iudicio, id non fuit error

"contra fidem. Sed missa haec responsio,

"ne certum est, nullā profus ratio,

"ne probari posse planè barbaram et ty-

"rannicam Stephani agendi rationem.

"audiatur Baronius ad an. Chr. 897. fu-

"re, inquit, peritus homo, non quod ju-

"re liceret, sed quod exastuans rabies

"suasit, implevit. Non enim fuit error

"in fide, sed violenta Tyrannis in facto.

"Unde, pergit: non audeam cum Ste-

"phanum inter Pontifices Romanos

"numerare, nisi id factum à Majoribus

"invenissem, ut potè tanto indignum nomi-

"ne, qui primus et solus nefando et inaudi-

"to Sacrilegio Petri Sedem adeo deturpavit.

"An dices talem Pontificem praerequisitis

"omnibus de jure conditionibus, definitio-

"nem ex Cathedra, ut Sapientem Pontificiam

"decebat, edidisse? apoge commentum.

Haec

* ab an. 897.
ad an. 900.

* ab an. 907.
ad an. 910.

* loc. sup. cit.
pag. 190.

tas
VII. qu
Canon
no Augu
quod tam
Logi cog
tamen
ratione
tum vniu
tentem
quid p
privat
t. non
plum
eo p
in nob
Grego
Grego
II. Al
ventum
ne Jo
lutes p
De id
quasi
II. r
hied p
t. de p
litter
ino Ep
miliar
dum co
ephant
na p
arv

Hac Turnelius De Stephano VII. ex quibus habes, quid de Sergio III. ejusdem criminis reo dicendum sit.

* ab an. 1073. 16. Quantum ad Gregorium VII.* et Boni-
ad an. 1085. facium VIII.* fatemur eos declarasse, se
ab an. 1294. jus et auctoritatem habere in temporalia Re-
ad an. 1308. gnum.

* loc. cit. pag. 191. At id toti Ecclesie velut certum fidei dogma nunquam proposuerunt. Adhuc Turnelius*, "hanc definitionem sufficienter ad Scripturam et Traditionis regulam, aut expetitis Episcoporum suffragiis non fuisse examinatum et expensam. unde nihil hic horum Pontificum Decreta profert. Certè, quidquid huius nobis Meldensis obijciat, alibi tamen ultro nostram amplectitur

* apud Card. Sententiam. De Biffi. in. Instruct. Pastoral. an. 1722. pag. 188. "Summi Pontifices si inquit qui in abdicandis Regibus Gregorium VII. imitati sunt, ex supposito Juris sui, non per egerunt, quin unquam illud definitum sint. Nunquam in questionem adductum aut Canone aliquo definitum fuit, an Ecclesia temporalem quandam auctoritatem à Christo accepit. Summi Pontifices opinione nitentur, quam probabilem consueverunt, non verò quasi certo et indubitato dogmate firmaverunt.

"Bonifacius VIII. qui primus omnium sibi, per Bulam Unam Sanctam, omnem temporalem auctoritatem arrogare conatus est, satis habuit, hoc de re mentem suam exponere, quin quidquam definire ausus sit. Cunctaque Sacrorum Conciliorum sicut Lateranensis, Constantien-

»sis, Basileensis p. Decreta, qua tempora-
»ria spectant, virtute clavium nunquam
»victa fuerit. Haec apud Eminentissi-
mum Cardinalem de Biffi Illustrissimus
Melvensis, quibus ea, qua hic de Grego-
rio VII. et Bonifacio VIII. nobis obijit
refutata manent.

17. Quae de Basali II. profert, ^{ab an. 1099.} adhuc mi- ^{ad an. 1138.}
nis ipsi favent. Non enim hic Pontifex ^{part. 2. l. 14.}
à Provinciali Concilio Vennensi damnatus ^{cap. 39.}
est tanquam Haereticus, quod vix et metu
auditus, Investituras Ecclesiarum Henrico
Imperatori concesserit; verum ibidem hoc
duntaxat eloquuntur Patres: » Investitu-
»ram, videlicet, omnem rei Ecclesiasticae de
»manu laica haesim esse judicavimus.

Imo non desuerunt celeberrimi Galia-
arum Episcopi, qui ob factum istud Basa- ^{Pagi in}
lem excusarent, atque crederent, privile- ^{Basali II.}
gium idem oeconomia quadam et dispensa-
tione minimè damnanda, à Basali-
Papae Imperatori concedi potuisse; in-
ter quos praecipua fuit Ivo Carnoten-
sis, qui à Joanne Archiepiscopo Lugdu-
nensi, Galliarumque Primace, ad Conci-
lium, quod apud Ansam indixerat, cum
ceteris Senonensis provinciae Praeulibus
convocatus, ad se recusavit; et ex Coequisi-
orum ejusdem Senonensis provinciae Sen-
tentia Synodicam scripsit Epistolam, qua
se ad Concilium venire non posse dicit. In
ea, inter alia, Basalem etiam excusat, quod
cum vacante privilegium idem indulserit,
electionum

electionum tamen libertatem lertam lertam
 epe devererit, ab iurque Simoniam elimi-
 nari iusserit.

18. Neque etiam Illustrissimus noster,
 cum exemplum istud refert, satis ad ea ad-
 vertisse videtur, quae Abbas Urspergensis
 *ad an. 1116. in sua historia scribit: Quod, nempe,
 cum in Synodo Romana quidam Episcopus
 Pasialis factum haereticis notare ausus fuisset,
 egerimè in Pontifex exaruit, atque pro-
 inde Episcopum illum graviter redarguit.
 » Ad haec si inquit Urspergensis: » patienter
 » Domini Papae horrendo haereticis nomine
 » pulsata exprobrata est, et manu si-
 » lentium indicens, dixit: Eulefia ista mun-
 » quam haereticis habuit, imò huius omnes ha-
 » ereses conprehensa sunt. Huius Arian-
 » haereticis, Sabellianaque, contrita est. Pro-
 » haec Eulefia oravit, cum dixit: Ego rogo,
 » si pro te Petre, ut non deficiat fides tua.
 19. Porro evase eos, qui Episcopatum
 Investituras ab Imperatore collatas, haer-
 eticis putarunt, vel experientia quoti-
 dianae doct; videmus enim, haec ipsa
 nostra aetate, valide et licite ab Impe-
 ratoribus huiusmodi Episcopatum inve-
 stituras, quantum ad temporale nimirum,
 conferri; quas collationes, si tot essent
 haereticis, utique non toleraret Eulefia:
 Ep. olim 119. » Nam Eulefia Dei si inquit S. Augustinus:
 » quae sunt contra fidem, vel bonam vitam,
 » nec approbat, nec tacet, nec facit.
 Ceterum

20. Ceterum, ut aliquid adversus nostram
sententiam vincere posset Dominus Popuet,
necessum omnino foret, ut palam faceret,
Pascalem publico Edicto Eulefiam Doumpe,
de fide esse, quod Episcopatum investitu-
ra ad Imperatores pertineant; quod quia
non prestat, profecto ineptum iudicari
debet huc ab ipso adductum Casialis Papae
exemplum.

21. Neque plus valent ea, quae ex Alex-
andro III. profert. Censuit quidem hic ^{taban. 1159.}
Pontifex valere testamenta, quae a Barochi ^{ad an. 1181.}
anis coram Presbytero suo et tribus vel dua-
bus aliis personis idoneis facta fuissent; et
huiusmodi etiamnum in Germania valere
saltem apud rudiore plebem, in his nempe
et pagis, experientia testatur. Quid ergo
huc Pontificem manifesti erroris in exponen-
da Scriptura arguit Idustrius noster,
quod ex illi Christi: In ore duorum vel trium
testium Habit omne verbum; sententiam
suam roborat? Censuit etiam idem
Pontifex contra quendam, ut ipse et loqui-
tur, suorum Praedecessorum iudicata: Ma-
trimonium per verba de presenti, non solvi
per comubiunt subsecutum etiam consuma-
tum.

Et vero quid haec ad res fidei? priva-
tus huc ad privatos rescribit Pontifex. Ubi
Decretum totius Eulefia in re fidei proposi-
tum? nusquam certe idem inveniet Melton-
is, vanum ergo etiamnum est illius argu-
mentum.

Nec

*aban. 1191. ad an. 1198. 22. Nec quoque noget Celestini III. deuse,
apud Mel. talis, quâ Pontifex iste censuit, per alterum,
(ib. 14. c. 41. eius heresim dissolvi vinculum conjugale;
quam deinde Successor ipsius correxit.

*to. 2. q. 5. a. 3. p. 192. Nam si ita docuit si inquit Turenellus, ut
refertur, malè docuit: at definitivè ne
"ca Cathedra, sic ab omnibus credendum?
"nubili gentium. Ad quid igitur istud
"exemplum? nisi ut videas, quod fatentur,
"pope Pontifices, cum privatam suam men-
"tem ac sententiam exponunt, à verò verè
"dere.

23. Quantum ad ea, quæ de Innocen-
*aban. 1198. ad an. 1216. tio III. ex Casario Cisterciensi Monacho com-
ibid. c. 40. munitur Melidensis, quod nempe censue-
rit Monachi Sacrilegi confessionem esse re-
velandam; "Eò magis præit huius iterum Tur-
*it. sup. loc. pag. 194. nelius, supposita videtur esse hæc Historia,
quod sub eodem Innocentio III. celebratum
"fuit istud Lateranense Concilium, in quo
"planè oppositum dogma fuit definitum.
"Quamobrem dicendum, vel aliquas ab
"Historico suppressas esse circumstantias,
"quibus constabat Monachum illum Sava-
"mentaliter confessum non fuisse; vel
"saltem privatam hanc fuisse Innocentii
"mentem ac sententiam, quam ad Abbatem
"illum, à quo consultus fuerat, non ad totam
"dixit eulogiam, et quam subindè procul
"dubio revocavit, cum aliud ea de re solen-
"niter statutum ab ipso fuit in Conci-
"lio Lateranensi.

Qua

24. Quae de Nicolao III* seu, ut ait, IV.** p. qui per Constitutionem Definierit; franciscanos nudum jus, nullam proprietatem seu Domini- um habere eorum etiam rerum, quae usui ipso consumuntur, et quam subinde Joannes XXII. revocavit; septem integris Capitibus Definit Meldensis*; ad praesentem questionem plane inutilia esse videntur. Quid enim ad

*aban. 1277.
adan. 1280.
**aban. 1288.
adan. 1292.

*ut. lib. 19.
arc. 42. ad
cap. 48. in luf

fidem, aut etiam publicum seu commune Beneficium bonum spectat, sive franciscani di- cantur habere rei alicujus proprietatem, sive non? Ergo vel ex hoc capite frustra et ad nihil tot paginas implese videtur Illu- strissimus noster, quo nobis in fidei qua- stionibus Definendis errore involutos inter- dum, Pontifices ostenderet.

25. Neque fortassis exemplum istud nobis objeisset, si ea, quae hac de re consultae facultas Parisiensis olim jam edixit, in memoriam tantisper revocare voluisset; quod nempe tum Nicolai, tum Joannis Pon- tificum Romanorum Buda mudatenis sibi invicem contraria sunt.

"Defi, Raynald.

"ilib; inquit etiam hie Turselius: "non est eorum conciliatio, si quaedam distinctio temporis observetur. Sicut, cum aliqui Pontifices aperuerunt, Christum nullius rei dominium habuisse, non de tota Christi et Apostolorum vita. Sicut dictum id volue- runt, sed de aliqua duntaxat ejus parte, cum nempe Christus et Apostoli possessionis ejus, libet temporalis dominium abjecerunt, ut Evangelica

adan. 1323.
et 1324.

»Evangelia paupertatis absolutissimum exem-
 »plar traderent, ab eis imitandum, qui ad su-
 »pernum perfectionis Christianae apicem con-
 »tendere vellent. Cum igitur Joannes XXII.
 »dixit, heresim esse, affirmare, Christum
 »nihilus rei dominium habuisse, de tota
 »vita Christi vitæ serie; adeoque eos non
 »ferit Pontifices præceptores suos, qui non
 »de tota Christi vitæ serie, sed de aliqua
 »tantum parte locuti fuerant, cum his in
 »Constitutionibus dixerant, Christum et Apo-
 »stolos nihilus rei temporalis dominium sibi
 »reservasse. Hac Turnelius.

26. Et è quibus tabulis eruet Dominus
 Bossuet, memoratos Pontifices has suas,
 sibi invicem, quod ipse contendit, contradi-
 centes Constitutiones publicè editas, et ser-
 vatis, quas ad id requiri possum jam aperui-
 mus, conditionibus, toti Ecclesie, sanguinem
 fidei articulos, credendas proposuisse? Ecce
 nusquam istud inveniet.

27. Nec ipsum juvat auctoritas Aimerii,
 à Dominicanis, viri procul dubio Franciscan-
 nis infensissimi, responsionem Jacobi San-
 ctæ Priscæ Cardinalis, postmodum Papæ
 sub nomine Benedicti XII. pro Joanne XXII.
 adductis; qua dicitur, Romanos Ponti-
 fices in his quæ pertinent ad fidem vel
 mores errari esse obnoxios. Namque
 argumenta, quæ ad id probandum Aimerii
 profere memoratum Cardinalem jubet, ma-
 gis ad S. Petri et totius Ecclesie injuriam
 videntur comparata, quam ut illum, si ea
 retulit, tunc temporis tantum fuisse Cardina-
 lem

* apud Meib.
 at lib. 14.
 c. 44. pag.
 323. b.

lem, quantum predicat Illustrissimus noster, credamus. Dixit enim, vel potius dixisse fingitur, Petrum errasse in fide, atque à Paulo fuisse reprehensum et corratum, item Stephanum, Determinando nullum profus Hereticum esse rebaptizandum. Unde con- dicit, Nicolaum Capam in fide etiam errasse, quando asseruit, Christum melius rei tempo- ralis habuisse dominium; quam consequentiam ex pessimo deductam antecedentes, adeoque nihil ea probari, nemo non videt. Porro Cardinalis iste factus Pontifex*, longe aliter* an. 1334. de Pontificia infallibilitate sentire visus est, quando publico Decreto et ad universalem Eclesiam directo definivit, animas sine ulla peccati macula ex hac vita Decedentium im- mediatè suæ visione beatificæ; Decedentium vero in actuali peccato mortali animas statim ad inferna detruendi. idque sub anathema- tis poenâ ab omnibus fidelibus credendum præcepit*.

* Regi in Benedicto XII. an. 1334.

28. Non ignoramus etiam, Hadrianum VI. cum adhuc Doctor Lovaniensis esset, do- uisse, Romano Eclesiæ Pontificem etiam in iis, quæ fidem tangunt, errare posse; quam sententiam non revocavit factus Pontifex. Quò exemplo mirè etiam glo- riatur Maimburgus*.

* apud deut. animad. in Maimb. c. 15. p. 289.

Sed quid hoc ad propositum nostrum fa- cit, quod privatus Doctor contra commu- nem omnium sententiam asseruit? Sanè nemo dicere audebit, Hadrianum, cum Ca- pa factus est, suam sententiam è cathedra

toti

toti Ecclesiae velut Dei Dogma credendam
proposuisse. Quod si factus Pontifex

eam non retractavit, profecto nec approba-

vit. Imò conjectura est, eaque haud

levis, eam tantà saltem ab ipso fuisse re-

* Hist. Galavii vocatam. * Scutus enim exemplum sui
lib. 9. cap. 7. Antecessoris Leonis X. franciscanis concessit

privilegium administrandi Sacramentum

Confirmationis in Indiis, ubi melius esset

Episcopus; etsi adhuc Doctor Lovanien-

sis, in Papam posse, negasset. Unde

videtur, quòd, cum circa argumentum

istud, quòd ad impugnandam Romanorum

Pontificum infallibilitatem olim usus

fuerat, sententiam mutavit, ab ea etiam

quantum ad ipsam Infallibilitatem, disces-

sit.

At quòd sua Opera, in quibus ista

contra Papae infallibilitatem opinio con-

tinebatur, novis typis Roma, et sub pro-

pris oculis exungi permiserit; in tempo-

ris angustia tribuendum. cum enim

ejus Pontificatus non ultra annum et

octo menses fuerit protractus; ingens

negotiorum moles, quà toto illò spatio

vix non oppressus fuit, ~~in~~ imper-

dimento fuisse videtur, quo minus haec

sua Opera limare potuerit.

* ab an. 1316. 29. Qua ulterius de opinione Joannis XII⁺

ad an. 1354. commemorat Melvensis; quasi docuerit,

* ut. lib. 14. animas defunctorum, quibus nihil licendum

cap. 49. superest, statim non admitti ad claram et

intuitivam Dei visionem, vel ex eò luculen-

Summorum Pontificumque Aabilitas 229

ter refutata manent, quod, ut ipse Joannes
XXII. testatur*, Melidensis quoque fatetur*, *Ep. ad Philipp.
hanc suam opinionem, non ut dogma fidei Reg. franc.
Universa Ecclesia ad credendum propositum, ** Melid. cit. loc.
protulerit, sed eam virorum eruditorum
disputationi permiserit, ut nempe in apertam
luem veritas diffusa prodiret. Solemni
poin Diplomate professus est*, "Se videre, * apud Melid.
"quod anima purgata separata à corporibus, part. 2. l. 13.
"sint in Cælo, Cælorum Regno et Paradiso C. 27. et 28.
"cum Christo in consortio Angelorum congregata,
"et videant Deum facie ad faciem, et divi,
"nam essentiam clarè, in quantum conditio
"patitur anima separata;

30. At quod ex eo, quia memorata Decla-
ratione Joannes sua scripta vel dicta circa
hanc questionem, Determinationi Ecclesie
ac Successorum suorum submittit, arguat Mel-
denfis, idem censuisse, Pontificum etiam
circa fidem gesta ab Ecclesia et Successori-
bus Romanis Episcopis in examen vocari
posse. Id facile conceperimus, quoad ea
nempe, quæ Pontifices, tanquam privati
Doctores, proferunt, prout se scribere de-
clarat Joannes; non verò circa ea, quæ
velut Supremi Ecclesie Pastores ac publici
Doctores in Cathedra definiunt. Imò
ex protacta Joannis XXII. Declaratione
manifestum fit, eum censuisse, Romanos Pontifi-
ces esse infallibiles, quippe quorum Determina-
tioni privatam hanc suam opinionem submitte-
rit.

31. Denique Melidensis* ex Launoio profert* l. 13. c. 29.
exempla Gregorii XI* et Pii IV. ut quidem * ab an. 1371.
ipse ad an. 1378.

* ab an. 1559. ipse ait; scribere enim debuisse, Pauli IV. quod
ad an. 1560.

rum ille in suo Testamento declaravit, quod, si quovis modo aut quavis occasione proter spem suam et seuis ac ipse crederet, aliquid protulisset contra fidem, illud rejiciet ac revocet. Iste vero in publico Consistorio palam edixit, se non dubitare, quin et ipse, et sui Antecessores errare aliquando potuerint p.

32. Sed haec et alia Sexcenta hujusmodi exempla non plus probant, quam quod Summi Pontifices, ut privati Doctores sunt et considerantur, errare possint. "Nulius

* 20. 2. 9. 5.
a. 3. p. 199.

inquit Turnelius, ex citatis modo Pontificibus aperit, se ex Cathedra totius Ecclesiae adhibitis conditionibus antea expositis Doctores, quia fidei proponentem errare posse; sed hoc unum, Pontifices in errorem et haeresim labi posse, nempe ut Singulares Doctores, aut ex privata sententia. Immo, titia igitur sunt adversus eos illa Pontificum testimonia; aut saltem non eam vim habent, qua ipsis in sepe à multis predicatur.

33. Praeterea ille Haja, sub cuius fide Idustrius noster, vel potius Lauro, ius Paulum IV. ita loquentem adducit, vir est obscura et ignota fama; nec arbitratur, quod Medensis Praeful quempiam cogere velit, ut pro certo credat, quidquid haec de Castelnovius Diligens ille et candidus Scriptor: quod Idustrius noster ait; Sed tamen Gacus, suis Commentariis inseruit

